



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXVII. Transactio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

III.

Tractatus propter extrema inhabilia confirmari non potest. Felin. in c. sicut. de simon. Bart. in l. bonorum. ff. rem rat. haberi. Welenb. 1. conf. 6. num. 162.

IV.

Tractatus fortior est nominatione. Aym. Cravett. conf. 408. num. 5. vers. & ideo fortior. conf. 908. num. 5. Gædd 3. conf. Marp. 33. n. 234.

CAP. XXVI.
Traditio.

Axioma I.

Traditio debet habere causam præcedentem habilem. l. traditionibus 20. & ibi Bald. & Dd. C. de pact. Nuda enim traditio sine causa vel contractu præcedente nihil valet, nec dominium transfert, l. nunquam 31. ff. de acquir. dom. Jafon in l. singularia. col. 5. ff. si cert. per. Alexand. in l. à Titio. ff. de V. O. & in l. si fundum. cod. tit. Arum. exercit. 4. quest. 21. & traditio nihil amplius transfert ad eum, qui accipit, quam est apud eum, qui tradit, d. l. 20. Cod. de pactis.

II.

Traditum non videtur, quod traditum non durat. l. qui concubinam 29. §. si heres 3. ff. de legat. 3. Speculat. lib. 2. tit. de Emphyt. num. 156.

III.

Traditio, cum facti sit, non præsumitur, sed probanda est, Jafon in l. servile electione. num. 8. de legat. 1. Castren. ad l. illud. num. 7. C. de SS. Eccles. Jacobus Menoch. 6. de præsumpt. præf. 14. num. 1. Gædd. 3. Confil. Marp. 33. num. 312.

IV.

Quoties beneficio legis aut officio iudicis transfertur dominium, toties traditione opus non est. Ratio consistit in potestate legis; quia enim lex per se satis efficax est ad dominium transferendum, ideo non amplius opus erit respicere ad traditionem. Ita dominium rerum paternarum mortuo patre ad filiam transit sine traditione. Ita dominium rei legatæ ad legatarium transit, sicut & rei iudicatæ in iudiciis duplicibus §. fin. Instit. de offic. iudic.

V.

Quoties à privato ad privatum transferendum dominium, toties traditione opus est, l. tradita. 20. C. de pact. Quia alioquin non posset constare de voluntate transferendi, ergo facto aliquo opus est, juxta l. 64. ff. de Ra. l. ita c. g. in emptione venditione traditione opus est, & hæc non solum, sed pretium debet accedere, nisi fides habita sit ad certum tempus.

VI.

Omnia incorporalia traduntur patientiâ, possidentur exercitio, amittuntur prohibitione seu pignoratione, si quis ei acquieverit. Exemplum est in iure venandi & omnibus aliis rebus incorporalibus.

VII.

Toties mediante signo transfertur possessio, quoties expresse id verbis agitur. l. 48. ff. de acquir. possess. Quia sic demum vere constat de

voluntate transferendi. Ita ergo per traditionem instrumenti, in quo testor, me possessionem ejus rei tradere velle, possessio transfertur. Idem est in traditione clavium in conspectu horrei, animo transferendi possessionem factâ. Poterit quoque huc referri scortatio, de qua mentio fit in cap. 2. X. de consuet.

CAP. XXVII.
Transactio.

Axioma I.

Transactio contractus potius est quam distractus, l. 5. l. quamvis 39. & passim. C. de transact. Welenb. 1. conf. 31. num. 15. Curt. in l. si ve apud acta 28. num. 20. 21. 49. 52. C. de transact.

Intellige scilicet respectu ejus, quod nomine transactionis promittitur, l. donationis 7. l. ult. C. de his que vi met. caus. l. si contractus 17. C. de fid. instr. alias respectu controversiæ l. 2. C. cod. tit. quam dirimit l. 1. l. qui cum tutoribus. 9. ff. l. fratris 10. causas 16. C. cod. tit. atque sic ratione finis & effectus dicitur & distractus, non quod in se & in forma sua distractus sit, sed quia eum finem & effectum habet, ac propterea nec in definitionem ingreditur, quia definitio per effectus concepta non est bona. Bart. in l. 1. ff. de appell. vide me in quest. Welenb. disp. 8. quest. 1. in fin.

II.

Transactio iustus est titulus, l. 2. C. de condit. indeb. l. 11. C. de non numerat. pecun. Jafon. in l. unic. C. de error. Calculi. quem refert & sequitur Welenb. part. 1. confil. 13. num. 39. cum transactionis non minor effectus quam rei iudicatæ, l. 20. C. de transact. Schvvanemann. lib. 2. de process. Cameral. c. 18. num. 44.

III.

Transactiones sunt stricti juris, l. quicquid adstringende 99. ff. de V. O. l. si de certa re 34. C. de transact. Conf. Arg. i. confil. 19. num. 7. & ideo in transactione non veniunt, nisi expressa, & quæ verisimiliter expressa fuissent. Schurff. confil. 10. num. 30. cent. 3. Myns. conf. 64. num. 11. quæ de causa omissum in iis pro omissio habendum est, l. commodissimi 10. ff. de liber. & postum. l. si vero 64. §. de viro 9. ff. solut. matrim. litem apud Labonem l. 1. §. hoc editum 20. de injur. Zaf. vol. 1. conf. 7. Conf. Arg. i. conf. 19. num. 75. Unde fit, quod instrumentum transactionis generaliter conceptum nihil probet, nisi expresse contineat, quid ex causa transactionis datum, retentum aut promissum sit, l. transactio l. si super 9. C. de transact. Paris. conf. 32. num. 18. vol. 1. Gail. 2. observ. 13. num. 7. & observ. 71. per rôt. proinde tantum ad ea, quæ scimus, & in quæ consentimus, pertinet, l. non est ferendus 12. ff. de transact. Gylman. 4. 1. vot. 11. num. 25.

IV.

Transactio impedit constitutionem litis, nec non compromissum, cap. 1. de litis contestat. in 6. l. in causas 16. C. de transact. Bart. & alii in l. eleganter §. si quis poss. de condit. indeb. & in l. cum querebatur ff. iudicat. solvi. Socin. in cap.

(Hh)

in Cap. 1. except. 2. de lit. contest. Alexand. in l. vir bonus in addit. ff. judic. solv. Phil. Franc. d. c. 1. in limit. de lit. contest. in 6. Alex. cons. 26. in causa & lite. col. 3. vers. 3. quod statutum. vol. 7. Socin. in l. eleganter. §. si quis post Dd. in l. fratria per ill. text. C. de transact.

Limita I. non procedere, quoties transactio non esset valida, ut puta, si transactio fuerit facta super beneficio Ecclesiastico. Jason in d. l. fratri.

Limita II. quando transactio sit specialis, & super re vel causa, secus si generalis l. si de certa 31. C. de transact.

Limita III. si transactio sit facta bona fide, ut in l. 1. in fin. ff. ad SC. Tertull. secus si non bona fide. Socin. in d. c. 1. extr. 2. de lit. contest.

V.

Per transactionem jus alterius tollitur non minus quam per juramentum aut rem judicatam, text. in c. 1. de transact. c. 1. de litis contest. in 6. l. non minorem 20. C. de transact. Daniel. Moller. in Comm. ad Constitut. Saxon. p. 2. constit. 52. n. 3. Vult. 3. consil. Marp. 34. num. 104.

VI.

Transactio non est gratuita. l. cum ea 21. l. 38. Cod. de transact. ad differentiam pacti, quod etiam donationis causa fieri potest, l. 1. ff. dist. vit. ubi Cujac. Donell. ad rubr. C. cod. tit. num. 8. quæ tamen non est perpetua, cum pactum nudum non semper etiam sit gratuitum, l. 41. & l. 45. ff. de pactis. vide Borcholten. de transact. c. 1. num. 19. Rolandum à Valle. volum. 4. cons. 28. num. 3. & 4.

VII.

Transactio species est alienationis l. 1. §. utrum autem 6. vers. at si transigit. ff. si quid in fraud. patron. l. non solum 4. §. ibi: sed neque transactionis ratione. C. de præd. minor. Bald. in l. 1. C. si advers. transact. l. nulli 13. ubi gl. & Dd. ff. de transact. l. cum ea 21. C. eod. Roland. à Vall. cons. 15. num. 3. vol. 1. Roman. cons. 166. num. 1. Tiraquell. de utroque retract. tit. 1. §. 1. gl. 14. num. 65. Alexand. cons. 129. col. 2. vol. 1. And. Gail 2. obs. 72. num. 2. Jacob. de S. Georg. in sua investit. verb. ut cum pacto de non alienando. num. 7. siquidem verbum alienationis latè patet. c. 1. in pr. de prohib. feud. alien. per Frideric. l. ult. C. de reb. alien. quapropter prohibitus alienare, prohibetur etiam transigere. l. non solum 4. C. de præd. minor. Wesenb. 7. cons. 17. n. 13.

VIII.

Transactio in spiritualibus locum non habet. c. constitutus 4. cap. super 7. extr. de transact. c. quamvis 1. quæst. 2. c. denique 14. quæst. 5. c. decimus 16. quæst. 7. c. in Ecclesiastico 13. quæst. 2. secus si juri non est contraria. c. de cetero 5. extr. de transact.

IX.

Transactionis proprium est, ut poenitentiam omnem respuat. l. quamvis 39. l. de fideicommissis 11. l. siquidem 24. l. si quis 41. & tot. rit. C. de transaction. Enimvero si transactioni & sic proprio suo facto contravenire liceret, contra l. post mortem 24. ubi Bald. ff. de adopt. l. Quin-

ius 48. in pr. mandat. nullus futurus esset litum eventus. Hinc fit ut ne Imperiali quidem rescripto rescindi transactiones bonæ fide interpositæ queant, l. causas 16. C. de transact. quamobrem etiam nec statuta & constitutiones novæ, quæ etiam de præteritis loquuntur contra l. leges 3. C. de LL. ne unquam ad negotia transacta & decisa retrahantur. Bart. in l. omnes quæst. 5. ff. de justit. & jur. per l. fin. C. de transact. l. ult. C. sent. rescind. non poss. Mynd. resp. 70. dec. 7. Wesenb. 1. cons. 32. num. 25. Philipp. Matth. 3. cons. Marp. 27. num. 30. Wesenb. in parat. ff. dist. rit. num. 6.

X.

Transactionis non minor est vis atque auctoritas quam rei judicatae l. non minorem 20. C. de transact. Transactio enim & res judicata æquiparantur. l. 2. ff. de jur. jurand. l. post rem 56. ff. de re judicata. ideoque omnia jura & omnes probationes tam testium quam instrumentorum facta transactione annullantur, c. 1. de transact. quem textum multum ad hoc extollit Bald. in rubr. eod. Socin. jun. cons. 32. num. 12. vol. 3. Vult. 4. cons. Marp. 15. num. 288. idque juris esse notissimum, ait Dan. Moller. in Comm. ad Constitut. Saxon. p. 2. cons. 52. num. 7. Non potest igitur ex novis instrumentis transactio retractari l. sub prætextu. 19. C. b. i. sicut nec judicatum. l. 4. C. de R. I. modò instrumenta non fuerint dolo occultata d. l. 19. Sic quemadmodum exceptio rei judicatae ante litem contestatam opponi potest, ita exceptio transactionis, cap. 1. de litis contest. in 610. Quam comparisonem non impedit quod ex re judicata actio in factum detur, quamvis nulla stipulatio judicatum solvi intervenerit, l. alio 8. C. de rebus cred. & transactione non competat actio, nisi ea vel stipulatione vel contractu innominato inita fuerit, l. cum mota 6. l. cum proponas 17. l. si apud alia 28. C. de transact. Transactio enim non condemnatoriae sententiae, quæ actionem in factum producit, sed absolutoriae tantum comparatur, ex qua rei judicatae exceptio oritur, & hoc respectu rectè inter hæc duo comparatio instituitur, cum non minus transactionis, quam rei judicatae exceptione creditor submoveatur. vid. Treutler. disp. 7. thes. 6. lit. b. vol. 1.

XI.

Quoties publicum interesse in processu privatorum periclitatur, toties iudex ad transigendum partes compellere potest, non si periclitetur interesse privatum. Quia quæ ad publicum spectant, ea iudex ut minister publicus ex officio tenetur promovere, arg. l. congruit. 13. ff. de offic. præsid. non etiam quæ ad privatum, Carpz. P. 1. C. 1. de f. n. Ita ergo si metus atque timor subfuit, transactio injungi potest. Idem est, si scandalum metuatur, v. g. si pater cum filia litigaret. Mev. P. 2. dec. 224. Idem est, si ministri Ecclesiæ inter se invicem litigaret. Mev. P. 3. dec. 217.

XII.

Quicumque non habet liberam honorum administrationem, ille transigere non potest. Quia

Quia in omni transactione disponitur de bonis, imò semper ius quoddam nobis competens remittitur. Conf. *Axiom. 7. & l. 38. C. de transact.* Pupillus igitur transigere nequit, nec minor curatorem habens, huius enim consensus adhibendus *l. 3. C. de re lit. minor.* Nec procurator ad agendum cum liberâ datus *l. 63. ff. de procur. agen-* di enim potestas libera non infert liberam potestatem de bonis disponendi. *l. 7. C. de transact.* Contrâ filius de peculio castrensi & quasi, ut & adventitio extraordinario transigere potest. arg. *l. 28. §. 2. ff. de pact.*

XIII.

Ad cuiusunque rei alienationem decreto opus est, ad ejus transactionem idem est necessarium. Quia etiam per transactionem contingit quædam alienatio. Ita ergo si de re immobili pupilli transigendum, decreto iudicis opus est. *l. 5. C. de præd. minor.*

XIV.

Ubiunque nulla lis vel causa dubia est, ibi non est valida transactio, quia in hoc totus favor transactionis consistit, ut à lite recedatur. Si nulla igitur lis adsit, non potest super eâ transigi. Exemplum est in *Axiom. XI.*

Limita, ut procedat (1.) etiam si lis non sit. præsens, cum sufficiat quoque futura. (2.) ut hodiè talis conventio valeat ut pactum, modo constet de animo donandi. vid. *Axiom. X.*

XV.

Quousque transactio super dotalitio non infert præjudicium alimentis, eousque est licita.

Limita: ut etiam de alimentis transactio valeat, decreto prætoris adhibito & prævia causa cognitione. *Brunnem. ad l. 8. ff. de transact. num. 4.*

XVI.

Quæcunque res non est in arbitrio transigentium, super illâ non valet transactio. Quia in omni transactione intercedit datio alicujus rei vel remissio *l. 38. C. de transact.* talis ergo causa esse debet, ut aliquid de jure remitti possit. Sic itaque non valet transactio de beneficiis Ecclesiasticis ob vitium simoniæ *l. 7. de transact. Zoef. ad ff. eod. num. 16.* sicut nec de matrimonio contracto dissolvendo *cap. fin. X. eod.*

Declara: ut tamen amicabile compositio consentiente superiore absque intervenitu pecuniæ facta etiam in beneficiis valeat, *d. cap. 7. alia exceptio est in delictis, vid. seqq.*

XVII.

Quoties super delicto privato transigitur, toties quoad interessè privatum actio tollitur. Quia huius remissio erat in privatorum potestate, nec illâ ius alterius læditur. Ita igitur valet transactio super furto, ne dominus ad quadruplum agat *l. 17. §. 1. ff. de pact. & l. 13. C. de furt.* Sed reum tamen nihilominus sequitur infamia, cum ipsa actio sit famosa. *l. 4. §. ult. ff. de his qui not. infam.*

XVIII.

Quoties super delicto poenam sanguinis non inferente quis transigit, toties fit infamis. *l. transigere 18. C. de transact. l. 4. §. ult. ff. de his qui not. infam.* quia infamia irrogatur ex ipsâ lege, cui derogare nequeunt privatorum pacta, arg. *l. jus publicum. 30. ff. de pact.* Exemplum est in criminibus privatis & iis, qui poenam sanguinis, i. e. mortem naturalem non inferunt, utpote quæ saltem fustigatione vel amputatione manus puniuntur. *Zoef. ad ff. de transact. num. 25.*

Limita: nisi quis precibus pactus fuerit gratis. *l. 6. §. 3. 4. de his qui not. infam.*

XIX.

Quodcunque crimen sanguinis poenam meretur, de eo licitè transigi potest, *l. 18. C. de transact.* quia sic non tam confitendi quàm gravissimi periculi declinandi causâ quis transigisse videtur. Ignoscendum verò est ei, qui ob dubium litis eventum sanguinem suum qualitercunque redimere voluit. *l. 1. ff. de bon. eor. qui ante sentent.* Licebit igitur transigere super homicidio, parricidio, stupro violento. Item in furto, quia ejus poena hodiè est capitalis.

Limita: ut non procedat in crimine læsæ majestatis, hoc enim detegi reipubl. interest, sicuti nec in adulterio. *alleg. l. 18. C.*

XX.

Quoties per transactionem læsus in pristinum statum restituitur, toties poena mitigatur, quia sic delictum minuitur. Exemplum est in furto, non verò in homicidio. *Brunnem. in process. inquis. cap. 9. num. 64.*

XXI.

Transactio post rem judicatam facta nihil operatur, *d. l. post rem judicatam. l. si causa cognita 32. C. de transact.* Bart. Angel. & Alex. in *l. eleganter §. si post rem judicatam. ff. de condit. indeb. add. & Corn. consil. 216. n. 1. vol. 1. Mynf. 1. observ. 47.* Idque adeo verum est, ut post rem judicatam transigens & solvens, id tanquam indebitum possit repetere, cum talis transactio nullius sit momenti. *l. 23. §. 1. ff. de condit. indeb. cum lis re judicata tollatur, l. 1. de re judic.*

Intellige hoc procedere tum demum, cum de sententia indubitata, & quæ nullo remedio retractari potest, transigitur. Ubiunque autem lis adhuc subsistere potest, transactio procul dubio subsistet, puta si sententia non valeat, *d. l. 32. ibi: causa cognita. ibique Donell. num. 2.* item si à sententia jure lata sit appellatum. *l. 7. in pr. ff. de transact. d. l. 23. §. 1. de cond. indeb. nam appellatione extinguitur, aut saltem suspenditur iudicis pronuntiatio, l. 1. §. fin. ad SC. Turpill. Donell. d. loc. num. 3. Duar. ad tit. de transact. cap. 2. item si appellari adhuc possit, *d. l. 7. in pr. d. tit. d. l. 23. §. 3. ibi: attestari potest.* Duar. & Donell. d. loc. n. 5. item si causâ cognita restitutio in integrum sit impetrata, *d. loc. 32.* Nam quod appellatio facit jure communi, id jure singulari restitutio in integrum, *t. l. Cod. si advers.**

advers. renjudic. l. 4. ff. de in integr. restit. Durar. & Donell. d. loc. n. 4. item si negetur judicatum esse, l. 11. ff. de transact. ibique Petr. Costal. Cujac. ad l. 7. de transact. & ad lib. 1. sent. Pauli t. 1. §. de reb. P. Gilcken qd d. l. 32. Joh. Borcholt. de transact. c. 3. num. 1. & seqq. Bronchorst. cent. 1. miscell. contr. c. 20.

XXII.

Transigere minus est, quam donare, Goëdd. 1. conf. Marpurg. 22. num. 20. Difficilius enim donare permittitur quam transigere, cum is, qui donat, perdat, d. h. filiusfam. 7. ff. de donat. l. 1. §. 1. ff. de int. & rat. distrab. qui transigit, molestias litis refellat, & sese liberet ab onere actionis & periculo incerti litis eventus, l. 1. l. 2. l. 3. l. 4. ff. & t. t. C. de transact. Jalon in l. pactum curatoris. num. 3. C. de pact. l. preses 12. ibidemque Jalon num. 11. & 12. in princ. junct. vers. quarto nota. C. de transact. per l. contra juris 28. §. fin. ff. de pact.

XXIII.

Generalis Transactio extenditur ad omnia, ad quae servata proprietate recti sermonis extendi potest. Bart. Bald. Salicet. in l. sub pretexto C. de transact. cum sufficiat de his in genere potuisse cogitari, & imputet sibi qui sub tali generalitate transegit: nec enim illius incogitantia alteri jus suum quaesitum auferre vel minuere debet. Gloss. Bart. Salicet. Jalon & Dd. in l. sub pretexto specierum. l. si de certa. l. agi. C. de transact. l. qui cum tutoribus 9. ubi Dd. ff. eod. l. emptor §. Lucius. ff. de pact. l. qui Roma 132. §. fin. ff. de V. O. Bart. in l. Emilia §. Cajo, num. 11. ff. de liberat. legat. & in l. sed etsi §. quaesitum, num. 1. ff. si quis caut. in judic. ff. caus. fact. non obtemp. Paris. consil. 20. num. 24. cum seqq. vol. 1. quin etiam nullus effectus transactionis esset, si non omnia comprehenderet, ut post gloss. tradit Jalon in d. §. quaesitum. Paris. d. consil. 20. Alex. consil. 11. num. 9. Welenb. conf. 15. num. 50.

Quod Axioma porrigunt quidam tantum ad casus, qui similes sunt expressis in transactione, vel minores, non etiam ad majores, praesertim ex quibus magnum damnum obveniret. Utenim in generalem obligationem non veniunt ea, quae quis in specie non fuisset obligatus, l. obligatione. ff. de pignor. ita è contrario nec ejusmodi in generalem quoque remissionem includuntur, Bart. in d. l. sed etsi quis. §. quaesitum. num. 1. ff. si quis caut. praesertim ea quae expressis sunt majora. Welenb. 1. consil. 42. n. 54. quanquam & alii talem transactionem generalem non ultra quam ad ea duntaxat, quae nominatim & in specie sunt expressa, porrigant & restringant, per text. l. 3. l. si de certa. C. de transact. l. 2. C. de judic. in quorum numero sunt gloss. in d. l. 3. ad verb. pecunia. Angel. in l. tres fratres. ff. de pact. Panorm. in cap. 1. extr. de transact. Imola in cap. conquirente. extr. de offic. primit. ubi opinionem eorum, qui contra sentiunt, pluribus refutat, ac ita in terminis respondit Schurf. consil. 65. num. 8. cent. 1. addens hoc non in transactione solum, sed quavis etiam conventionem procedere, per text. in l. legatorum. §. 1. ibique Bart. ff. de legat. 2. l. ex pluri-

bus 89. ff. de solut. l. si ita stipulatus. num. ult. ff. de verbor. significat.

XXIV.

Transactio potest valere ut pactum, si non valet ut transactio. Curtius jun. in. l. 2. num. 6. & 7. C. de pact. inter empt. & vend. Bart. in l. si quis major. num. 9. C. de transact. Alex. consil. 11. num. 8. & 9. vol. 2. Octav. Cacher. decis. 91. num. ult. l. 2. & l. si causa cognita. C. de transact. ubi Angel. Alciat. in cap. cum contrab. num. 104. extr. de jurejur. Roman. consil. 547. Aret. consil. 33. consultat. in ult. dubio. Pantischan. 1. quasi. 10. num. 67.

XXV.

Transigere de dolo licet, l. actione administrata 4. C. de transact.

Intellige nimirum de praeterito, non futuro, quia generaliter pactum, per quod ad delinquendum occasio praestatur, jure reprobatur, l. illud convenire §. ff. de pact. dotal. Gylman. 4. vot. 11. num. 25. pag. 147. Confil. 27. ff. de pact.

XXVI.

Transactio nullo dato, aut retento aut promisso non subsistit, l. transactio 38. C. de transact. ibidemque Dd. l. si super 9. C. eod. Paris. consil. 32. num. 18. vol. 1. incip. potissima dubitatio. Gail. 2. obs. 171. num. 3. quia in donationem incidit. Estque pactum merè liberatorium, l. cum donationis 34. C. eod. l. tale 40. ff. de pact. quando pro remissione nihil contra promittitur aut datur, Welenb. in parat. ff. de transact. num. 5. ad §. l. 3. C. de repud. hered. Cujac. ad l. 1. ff. de transact. Donell. in rubr. C. de tit. num. 8. Roland. à Valle vol. 4. consil. 28. num. 3. & 4. Henon. ad Pandect. d. sp. 2. ibef. l. lit. e.

XXVII.

Transactio dolo malo inita, ipso jure est nulla. l. 9. §. qui per fallaciam. 2. ff. de transact. licet enim doli quadantenus videatur in contrahendo permixtus. l. in causa 16. §. pen. ff. de minor. neque consensus omnino sit expers, attamen qui per fallaciam adversarii transigit, non tam pacificus quam decipitur. d. l. 9. §. 2. Welenb. in paratit. ff. dicit. tit. num. 8. Treutler. dispn. 7. ibef. 6. lit. c. vol. 1.

Limita, si non adversarius, cum quo transactum, sed tertius quispiam transactionem dolo se extorsisset, quo casu quidem inter transigentes illa valebit, sed tamen ei, qui dolo inductus transegit, actio doli mali adversus istum competit, quae petat tantum, quanti ipsius interfit, dolum non intervenisse. l. arbitrio 18. §. pen. ff. de dol. mali. Phil. Matth. ad l. 1. de R. I. num. 32.

XXVIII.

Quoties falsa instrumenta vel testimonia sola decisioni vel transactioni causam dederunt, toties ea vitiantur. l. 1. & 3. C. si ex fals. instrum. Quia per hujusmodi instrumenta circumscripta est iudicis autoritas. Hinc sustineri nequit ab eo prolutum, Mev. P. 3. dec. 104. Ita ergo sententia, vel transactio, quae quis ex falso testamento hereditatem accepit, est vitiosa d. l. 1.

Limita: modò tamen instrumenta probentur falsa, & iudex vel transigens eorum fidem sic secutus, d. l. 3.